



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

33. De mirabili visione fratris cuiusdam Carthusiani, quem à dæmonibus grauitè angustiatum, virgo mater ab eorum impetu vindicauit, & quædam eum documenta obseruare monuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

teri nomine abolito, Theodoropolim appellavit. Bello Rossico ad hunc modum cōfecto, Imperator Byzantium reuersus, ab omnibus ordinibus splendide excipitur. Nam & Patriarcha cum omnibus sacerdotibus ei obviam est progressus, & Senatus & populus coronas offerentes, & currum cum quattuor albis equis, rogaruntq; ut eo conscenso, triumpharet. At ille coronas accepit, & equo singulari candido triumphavit, & vestibus Bulgaricorum regum curru impositis, supraq; eas imagine Deiparæ collocata, currum antecessit. Postmodum quoq; Christi seruatoris templum in Chalce magnificum exstruxit.

Petrus venerabilis, Abbas Cluniacensis lib. 2. cap. 9. miraculorum. De mirabili visione fratris cuiusdam Carthusiani, quem à demonibus grauius angustiatum virgo Mater ab eorum impetu vindicauit, & quedam eum monumenta obseruare monuit.

CAP. XXXIII.

Multa quidem in sacro ordine Carthusiensis miracula contigisse, à pluribus accipi. Sed quia ipsi humilitatis virtute, qua semper serui Dei miranda opera sua quanto possunt nisu, occultant: vix aliquid ex his prodere alicui voluerunt: rara, immò rarissima quibus omnimoda fides accommodanda esset, ad me miracula peruenerunt. Quæ tamen abique dubio certa comperi: tacere nec volo,
nec

nec proposui. Fuit ex eorum numero, non
quidem monachorum, sed Conuersorum
Conuersus quidem humilis genere, iuuenis
ætate, sed moribus generosus, & vitæ sancti-
tate prouectus. Hic toto studio, obedientiæ,
humilitati, mortificationi, omnem quam po-
terat operam adhibens: mundum sibi seque-
ratur, non solum crucifixerat, sed etiam re-
pelierat. Amori diuino, & specialiter memo-
riæ matris Domini, ita totum se vouerat, ut
à bonis viris ipsum vitamque eius cogno-
scerentibus, nihil scire iudicaretur: nisi Chri-
stum IESVM, & hunc crucifixum: faciem
que ipsius crucifixi Matrem: ac perpetuam
virginem: humanæ salutis singularem, post
domini amatricem Mariam. His studiis à con-
uersionis suæ principio cœptis, magis ac ma-
gis insistens, & in hac nostra iuxta Psalmum
lachrymarum valle: de virtute in virtutem
proficiendo: ascensiones in corde suo dispo-
nens, antiqui & communis hostis inuidiam
contra se velut nouam ac specialem conce-
nit: nec iam occultè, sed palam, quantum per-
ditus ille perditionis humanæ fraudus, ex se
ipso monstrauit. Iacebat quadam nocte in cel-
la, sibi ut talium mos est, ad laboris solamen
& orationis secretum designata. Et ecce in mi-
to iam processu noctis, ipsi adhuc vigilanti,
caelestia meditati, dæmonum turba in spe-
cie porcorum agrestium apparuit. Furebat
vbi quæ

ubique per totam cellam, & discursu insano,
 rictu horrendo, dentibus longissimis: ac velu-
 ti in necem eius exacuatis, pauefactum ac tre-
 mentem hominem circumstabant. Sudabat
 ille (vt mihi relatum est) præ timore, & quasi
 iam iamq; à bestiis discerpendus, nil nisi mor-
 tem vltimam præstolabatur. Talia eo patiente,
 aduictus est metus, & quendam enormis
 magnitudinis hominem, vt ex cordis sui iu-
 dicio sibi videbatur, demonum principem
 cellam illam, in qua ista fiebant, conspicit in-
 trantem. Qui primo ingressu suo conuersus
 ad porcos: Quid, ait, segnes facitis? Cur iã hunc
 non rapuistis? cur nõ discerpistis? Quod dicis,
 inquit porci, magno conatu facere nisi su-
 mus, sed cuncta tentãtes, nil facere potuimus.
 Ego, inquit ille, iam faciam, quod vos desides
 facere non potuistis. Quo dicto vncum fer-
 reum longis ac recuruis vagulis terribilem,
 inuicem manu prætendens, atq; ad virum Deẽ
 rapiendum, immò ad discerpẽdum adaptans,
 eum nimio terrore penè mente excedere coẽ-
 git. Sed Deus, cui bonus vir ille sæpè suppli-
 catio dicebat: Ne nos inducas in tentationẽ,
 sed libera nos à malo, tentationem tam du-
 ram non est passus vltra procedere, sed multa
 misericordia qua semper suis prouidet, eduxit
 eum à tentatione, & liberauit à malo. Mox
 enim vt nequam ille manũ, vt dictum est, ad
 eum rapiendum, & vncum vt videbatur fer-
 reum,

reum, ad eum discernendum extendit. statim
 omnipotentis filij Dei mater, mater vere ut di-
 cimus misericordia, in qua ille, sicut dictum est,
 totam spem suam post Deum posuerat, vili-
 biliter adfuit, ac virga leui manu preta, Quo-
 modo, inquit, huc detestandi venire ausu-
 stis? Non est, hic vester, nec iam contra eum
 in aliquo praualeere poteritis, dixit: ac disto
 velocius, totum illud infandum collegium
 vt fumus euauit. Perstitit illa post demor-
 fugam, cum homine adhuc tremente, cum
 que his verbis consolata est: Placet, inquit,
 quod facis, tuique animi deuotionem, DEO
 mihi que gratam esse noueris. Fac ergo quod
 facis, & de his ad meliora perseveranter pro-
 cere, stude. Et vbi tibi aliquid singulare
 mandatis tradam, stude vilibus esse, comple-
 etere abiectas vestes, operi manuum do-
 notus insiste. His animatum homi-
 nem virgo relinquens, ex-
 los repetijt.